



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 55. Articulus de Matrimoniiis clandestinis denuo examini subjectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

autem Lunensis Comes pariter ad Ro-
manorum Regem scripsisset, hic literis
die decima quarta Octobris ad eundem
datis præcepit, ut duntaxat Cæsaris
Patris sui responso insisteret.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. LV.

*Articulus de Matrimonii clandestinis
denovo examini subiectus*

Jam die decimo tertio nova decreti
forma circa Matrimonia clandestina
Patribus proponebatur, in qua ad va-
lidum Matrimonium præscribebatur,
ut adessent duo saltem testes, & Pa-
rochus, aut alias Sacerdos, qui affiste-
ret, accepta sive ab illo, sive ab Ordi-
nario ad id facultate: sublata tamen
fuerat clausula, vi cuius irrita decla-
rarentur conjugia filiorum sine paren-
tum consensu contracta: Ast Pontifex
sic rescriperat: „ego tanquam unus ex
„privatis hominibus censeo, quod ha-
„beat Ecclesia potestatem illam, de qua
„disceptatur Tridenti, porro id ipsum e-
„tiam existimant viri sapientes, Romæ
„a me interrogati.” Verum his non
acquiescebant illi, qui oppositam tue-
bantur sententiam, & præcipue Ma-
drucci Cardinalis, sed cum opinio-
nes ter pronuntiatæ fuissent, ac pluri-
mis rationum mom entis expensæ, ad-
eo ut argumentum illud esset accurate

Nu 2 agi-

Sæcul. XVI. agitatum, Legati confugientes ad eam
A.C. 1563. iussionem, quæ unicum erat remedium
 ad amputandam dissertationum prolixitatem, ex quibus ambiguitas, & di-
 scordia nascebantur, præscripsere singulis, ut suffragium solo ferrent verbo,
Placet, aut *non placet*: porro ad id ven-
 tum est die vigesima sexta Octobris, ac
 die postero idem continuatum, conser-
 tientibus Patrum quamplurimis: ve-
 rum quamvis hac in occasione Patrum
 potissimi contenti essent, ut sua suffra-
 gia vel ferrent vel negarent, quin suas
 opiniones argumentis fulcirent, nihilo-
 minus cum de articulis circa disciplinæ
 restorationem, ac præcipue circa præ-
 rogativam Archipræsulū supra Epi-
 scopos ageretur, majori contentionē
 differebant.

§. LVI.

*Episcoporum scriptum contra Archi-
 episcopos Legatis traditum.*

Pallav. v. 21. **H**anc in rem quadraginta Episcopi
 quædam libellum a se subscriptum
 Legatis tradebant, in quo petebant,
 quatenus auferretur injustus ulus ob-
 stringendi Suffraganeos, ut sive per se,
 sive per Procuratores ad Metropolita-
 rum Ecclesias singulis annis, secundo
 Paschatis festo, sicuti solebant, acce-
 derent, cum haud ita benigne ab Ar-
 chie-